


I A N I D O V Z A <sup>Eduardij</sup>  
NORDOVICIS <sup>oamnati</sup>

A D C. S A L L V S T I I

C R I S P I H I S T O R I A R V M

L I B R O S , N O T A E : <sup>cum ex expurgatione</sup>  
<sup>permisso</sup>

C v m luculenta Fragmentorum aliquot  
acceſſione hactenus non editorum.



esta conformata  
ex purgatoriode  
1640. p. comit  
el. 1. to off +  
frat. Maldonado  
franc. Maldonado  
do +

A N T V E R P I A,

Ex officina Christophori Plantini,  
Architypographi Regij.

cl. I. lxxx.

IANI DOVZÆ NORDOVICIS  
AD C. SALLYSTII CRISPI FRAGMENTA  
PRIMI HISTORIARVM LIB. NOTÆ.

Pag. 157.



Emper in certamine libertatis, aut gloriæ, aut dominationis agit. *Quidam proagit, agitur rescribere institerunt, veteris (ut videtur) codicis fidem fecisi. unde suspicio est*, agitat, in Sallustio scribâ debere. & certè mecum facit Priscianus, huini Fragmenti latitator; qui agitur hoc loco (lego agitat) pro agit possum obseruasse videri potest. Quid? quod plerumque frequentatius euenire solet, ut pro simplicibus ab Historico nostro ponantur. qua de re exempla, quod in promptu sint, preterfinere simo.

158. Et ceteris expeditibus soli in imperio agere. *Expertibus, si imperij ac dominationis. Nam si omnis potestus (ut vult Poeta) impatiens consortis, eo magis Regia. Simile postea in oratione ad Casarem de Pompeio: Nam particeps dominationis neque fuit quisquam, &c.*

158 Postquam remoto metu Punico simultates exercete vacuum fuit. Ita rectè & ordine in editionibus plerisque. quod magis miror sinistram illorum diligentiam, quibus pro tumultu milites nobis obiectare vacuum fuit. quas ipsos satius, dum eiusmodi Scholia commentarentur, vacuos esse fuisse. Ceterum hæc lenioris opera: cuius mibi primum nonnullum facturus sanè videor, si & istud, & duo proximè in sequentia Fragmenta, quæ apud Augustinum, Agellium, & Frontonem trifariam disputatione leguntur, in unum locum compulero, ordine non nihil immutato, qui mibi ad hoc exemplum dispartiendus videtur: Postquam remoto metu Punico simultates exercete vacuum fuit, plurimæ turbæ, seditiones, & ad postremum bella ciuilia omnia sunt: dum pauci potentes, quorum in gratia plerique concesserant, sub honesto patrum aut plebis nomine, dominationes affectabant, bonique & mali ciues appellati, non ob merita in temp. omnibus pariter corruptis, sed uti quisque locupletissimus, & iniuria validior, quia præsentia defendebat; pro bono ducebatur. Ex quo tempore maiorum mores non paulatim, ut antea, sed torrentis modo præcipitati: adeò inuentus luxuria atque auaritia corrupta est, ut meritò dicatur, genitos esse, qui neque ipsi habere possent res familiaris, neque alios pari-

camelos, quod neque olim illos qui duce Scipione Antiochum decicerunt; neque hos qui ad Orchomenū & Charoneam certaverunt cum Archelao, nosse putauerit camelum.

*Alterum verò sic:*

Σαλλύστις ρθροῦ οὐκ φησι, χαλεπῶς διγρελλῶν τὸς σφραγίδων  
αὐτὸν, ἐνθὺς δὲ δόχη τῷ πολέμῳ εἰς τὸν Κανάκην, οὗτοι πάλιν  
αὐτὸς ἀμυνών δύο χρυσὰς ἵζεις εἰς τὸν κάρρον διαγεγένεται.  
Id est, ut quidem vertit Crusius (eius enim interpretationem  
hic & supra, in citandis Plutarchi testimoniosis, ubique  
fuisse secuti) Ac Sallustius quidem fuisse milites iam inde  
a principio male ait in eum (Lucullum) animatos, quod ad Cy-  
zicum, & iterum ad Amasum duas hiemes eos in castris con-  
tinueret.

### F I N I S.

